



## IN NOMINE JESU.

### §. I.

**C**Vandoquidem in omni, præcipue verò juris disciplina, rerum potior, verborum autem prior habeatur ratio, *l. juri. i. pr. ff. de Just. Et jur. l. ère est. i. pr. ff. de Reb. cred.* Idcirco mihi quoque nominis notatio primùm curæ erit. Dicitur itaq; Confessio **Ein Bekännniß / Bejahung etc.** à confiteri bekennen / bejahen oder **Beichten /** unde etiam derivatur **eine Beichte /** quasi **eine Beichte /** uti notat *Matth. Martin. in Lexic. Philolog. sub vocab. Confiteor.* Confiteri enim nihil est aliud quàm aliquid asseverare, affirmare, uti notat *Cyn. ad l. un. C. b. t. 11111.*

### §. II.

Sumitur autem hæc Confessionis vocula i. interdum pro cautione, ut in *l. 23. §. 2. C. ad Sct. Vellej. l. 25. §. 4. ff. de probat. l. si Patronus 20. §. 1. ff. de donat. Dionys. Gotfr. in d. l. 23. C. lit. i. Et alibi. Cujac. in exposit. Novell. 1. 2.* Sumitur Confessio pro consensu, quem Dominus feudi dat propter dotem ex feudo filix, vel dotalitium Uxori constituendum. vid. **den Ritterlichen Vertrag mit dem Stifte Würzburg. anno 1561.** inter Episcopum Johannem & Nobilitatem Franconiæ initam, quam citat *Paul. Matth. Wehn. in Observ. Pr. lit. B. verbo Bekännniß.* ubi idem 3. quandoq; sumi hoc vocabulum asserit pro recognitione domini, qualem præstant Coloni annuatim galli-